quod ſpſ imperabat; Vngebat athletam ſuum ſpſ·
& puluere impietatiſ excuſſo· debellatorem infide
lium ineluctabilem· uariiſ impiorum congreſſio
nibuſ offerebat· atque ad brauium ſuperne uoca
tioniſ in xpo ihu· diuerſiſ paſſionibuſ erudiebat;
Barnabaſ quoque credidit; & quia credidit· paruit·
Itaque ſci ſpſ electuſ imperio· quod ei ad omne
redundat inſigne meritorum· non fuit tanto
indignuſ collegio; Vna enim gratia fulgebat
in hiſ· quoſ ſpſ unuſ elegerat; Nec pauluſ inferi
or petro· quamuiſ ille eccleſię fundamentum·
& hic ſapienſ architectuſ· ſcienſ faſtigia credentium
fundare populorum; Et pauluſ inquam dignuſ
·ſ· petro
apoſtolorum collegio· cum primo quoque facile
conferenduſ· & nulli ſecunduſ; Nam qui ſe im
parem neſcit· facit aequalem· EXPLICIT LIBER SECUNDUS·

INCIPIT LIBER TERTIUS BEATI AMBROSII EPISCOPI·
DE SPU SCO·

SUPERIORE LIBRO EUIDENTIBUS
teſtimoniiſ ſcripturarum docuimuſ· apoſto
loſ & prophetaſ illoſ· ad prophetandum & ad euan

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 102, p. 144 – Ambrose, De spiritu sancto and De incarnationis dominicae sacramento . Victricius of Rouen, De laude sanctorum (http://www.e-codices.ch/fr/csg/0102/144)